

lectrici tute Veronice ondidisti: cum ei yma-
ginem tuā relinquere voluisti.

I De resuscitatione lazari: ⁊ humili
ingressu in ciuitatē ierusalem in die pal-
marum: ⁊ electione vendentiū ⁊ emen-

Gracias tibi ago **tium de tēplo**
dñe iesu chrisste: ppter illas san-
ctissimas lachrimas: quas flēdo fudisti
ad monumentū lazari: ⁊ super ciuitatē
hierusalem ⁊ per oēs lacrimas: q̄s vn-
q̄s lacrimat⁹ es: ⁊ ppter humilē ⁊ man-
suetum introitū in ciuitatē ierusalem:
qn̄ sedens super asinaz: ante q̄nq; dies
pascę venisti in star agni pascalis: sexto
die immolandus p nr̄is pct̄is. quando
plebs hebreā obuiā venit tibi: cum flo-
ribus ⁊ palmis clamātes ⁊ dicētes. Be-
nedictus q̄ venit in nomine dñi. Sed
cū introisses in templū: ⁊ vidisses ibi tu-
mulus: ⁊ negociatores ementiū ⁊ ven-
dentiū facto flagello de funiculis: eie-
cisti omnes foras ⁊ dixisti. Nolite do-
mum patris mei facere domū negocia-
tiōis. Et ibi curabas multos infirmos

qui offerebas tibi. Et in die magno fe-
 stuitas stabas in templo et clamabas vo-
 ce magna dicens Si quis sitit: veniat ad
 me et bibat: et de ventre eius fluent aque
 viue. Et cum hec omnia ageres et doceres non
 crediderunt tibi: sed resistentes in omni-
 bus. Tu vero piissime Iesu sub cuius
 potestate cuncta sunt posita: et sub cuius
 ira contremisit omnis creatura. Non resi-
 stebas eis cum potestate: sed cum tanta hu-
 militate subdidisti te humane fragilitati
 ut non auderes ambulare in aperto pro-
 timore inimicorum tuorum. O bone iesu
 sic doce me voluntate mea subdere tue
 diuine voluntati ut nihil sit inter me
 et te nisi vna voluntas.

**¶ De consilio
 aduersus christum: et de eius venditione: de
 eius cena nouissima: ablutione pedum
 et sacramenti eucharistie institutione.**

Laudor et glorifico te domine iesu christe
 propter malignum concilium quod
 collegerunt pontifices et pharisaei contra
 te sapientiam patris: quomodo te eternam
 libertatem omnium nostrum volo tene-